

De

Ille etiā habet vitam eternam qui beate trinitatis faciem iugiter contemplatur. Unde ipsa veritas dicit in Joh. 17. Nec ē vita eterna vt cognoscant te solum deum ~~ver~~ a quē misisti hiesum xpm. **De** quarto nota qd qui in xpm non crediderit. per caritatem in xpm non fluxerit peribit a morte morietur eterna. Peribit inq̄ tripliciter vitz. aque submersione. ignis cōbustione. a multiplici infirmitatum oppressione. Peccatores qui in christo inuenti nō fuerint tanq̄ plumbum in aquis vehementibus submergentur igne eterno comburentur. a diuersis infirmitatum doloribz affligent. Ve ergo a quem sic perire contingerit. Vñ Aug⁹ in enchiridion Perire a regno dei exulare a ciuitate dei. alienari a vita dei. carere tam magna multitudine dulcedinis dei. tam grandis est pena vt ei nulla possint tormenta que nouimus comparari. morte etiam morientur eterna qui non credunt in xpm. a qui per caritatē nō fluūt in ipsum. Quid autem sit mors eterna dicit Bern. Mors eterna est que omnem tolerantiam excedit. cui nulla consolatio succedit a qua desperatio nunq̄ recedit. Rogate ergo deū p̄rem vt igne sancti spiritus liquefati sic per veram caritatem fluamus vt filium suum vngentum a vitam eternam cū electis possidere valeamus Quod nos prestare dignetur x̄.

Feria tertia post Penthecostes fmo .liii.

Ego sum hostium per me si quis introierit saluabitur x̄. Joh. 10. Karissimi qui sint qui per hostium intrent. pulcre declarat b̄s Augustinus dicens. Intra per hostium qui imitatur passionem xpi. vt cū deus factus sit homo pro nobis. cognoscat homo se nō esse deum sed hominem. qui em̄ vult deus videri cū sit homo non imitatur illum qui cum deus esset homo factus est. tibi enim dicit agnosce quid es. Quis autem si hostiarius declarat Theophilus dicens. Spiritus sanctus est hostiarius per quem scripture referate nobis indicant Christum. Bene ergo inquit Christus dominus Ego sum hostium x̄.

Ego sum hostiū per me si quis introierit saluabit̄ a ingrediet̄ a egrediet̄ a pascua inueniet Johis. 10. Quinq̄ sunt hic notanda. Primū est quare ih̄sus seipso teste hostiū nō minet. Scdm̄ est quis hui⁹ hosti hostiarius appellet̄. Tercū quis sit qui p̄ hoc hostiū ingrediet̄. Quartū qui sint quibz hoc hostiū p̄cludet̄ Quintū quid p̄ pascua que ingredietes inueniunt̄ intelligi detur. **De** primo nota qd ideo xps se appellat hostium. qz sicut nemo clausam vndiq̄ domum intrare potest nisi per hostium Ita a nemo venire potest in p̄ris regnū nisi p̄ filium. Unde a ipse

*Doctrina**Bernardus:**10 annis mo
Augustini**Theophilus:**1^m Notabile:
simile.*